

De brevitae vitae 04

Auguste, ou le divertissement du pouvoir

Potentissimis et in altum sublatis hominibus excidere voces videbis quibus otium optent, laudent, omnibus bonis suis praeferant. Cupiunt interim ex illo fastigio suo, si tuto liceat, descendere; nam ut nihil extra lacessat aut quatiat, in se ipsa fortuna ruit.

Divus Augustus, cui di plura quam ulli praestiterunt, non desiit quietem sibi precari et vacationem a re publica petere; omnis ejus sermo ad hoc semper revolutus est, ut speraret otium; hoc labores suos, etiam si falso, dulci tamen oblectabat solacio, aliquando se victurum sibi. In quadam ad senatum missa epistula, cum requiem suam non vacuam fore dignitatis nec a priore gloria discrepantem pollicitus esset, haec verba inueni: « sed ista fieri speciosius quam promitti possunt. Me tamen cupido temporis optatissimi mihi provexit ut, quoniam rerum laetitia moratur adhuc, praeciperem aliquid voluptatis ex verborum dulcedine. » Tanta visa est res otium ut illam, quia usu non poterat, cogitatione praesumeret. Qui omnia videbat ex se uno pendentia, qui hominibus gentibusque fortunam dabat, illum diem laetissimus cogitabat quo magnitudinem suam exueret. Expertus erat quantum illa bona per omnis terras fulgentia sudoris exprimerent, quantum occultarum sollicitudinum tegerent: cum civibus primum, deinde cum collegis, novissime cum affinibus coactus armis decernere, mari terraque sanguinem fudit. Per Macedoniam, Siciliam, Aegyptum, Syriam Asiamque et omnes prope oras bello circumactus Romana caede lassos exercitus ad externa bella convertit. Dum Alpes pacat inmixtosque mediae paci et imperio hostes perdomat, dum ultra Rhenum et Euphratem et Danuvium terminos movet, in ipsa urbe Murenarum, Caepionis, Lepidi, Egnati, aliorum in eum mucrones acuebantur. Nondum horum effugerat insidias: filia et tot nobiles juvenes adulterio, velut sacramento adacti, jam infractam aetatem territabant plusque et iterum timenda cum Antonio mulier. Haec ulcera cum ipsis membris absciderat: alia subnascebantur; velut grave multo sanguine corpus parte semper aliqua rumpebatur. Itaque otium optabat, in hujus spe et cogitatione labores ejus residebant, hoc votum erat ejus qui voti compotes facere poterat.

Vocabulaire classé par ordre alphabétique :

absci(n)do, is, ere, cidi, cissum : détacher en coupant, trancher

acuo, is, ere, ui, utum : aiguiser

adigo, is, ere, egi, actum : pousser à ou vers, rapprocher; contraindre

adulterium, ii : l'adultère

affinis, is : parent par alliance, allié

aliquando : un jour

caedes, is : le meurtre, le carnage

circum-ago, is, ere, egi, actum : entraîner, emporter de toutes parts

cogitatio, onis : pensée, représentation, imagination

cogito, as, are : se représenter

compos, otis + génitif : qui est maître de; qui a recouvré; qui est en possession de

decerno, is, ere, crevi, cretum : décider, trancher, obtenir la décision

desino, is, ere, si(v)i, situm : cesser de

dignitas, atis : la dignité, le rang

discrepo, as, are, avi, atum (ab + abl) : n'être pas d'accord avec

dulcedo, inis : douceur, saveur

excido, is, ere, excidi : tomber

exercitus, us : l'armée

exprimo, is, ere : faire couler, exprimer
exuo, is, ere, i, utum : se dépouiller de, renoncer à
fastigium, ii : sommet (faîte)
fortuna, ae : le sort;; fortunae, arum : les biens...
gens, gentis : le peuple
gravis, is, e : lourd, alourdi, grave
hostis, is : l'ennemi (public)
immixtus, a, um + dat : mêlé à
imperium, ii : le pouvoir
infringo, is, ere, fregi, fractum : briser, abattre
interim : parfois, pour cette fois
laccio, is, ere, laccio, i : provoquer, ébranler
lassus, a, um : lassé de (+ abl)
moror, aris, ari : tarder
moveo, es, ere, movi, motum : remuer, déplacer, émouvoir
mucro, onis, m : le poignard
mulier, eris : la femme, l'épouse
novissime : en dernier lieu
oblecto, as, are : distraire, charmer
occulto, as, are : cacher, dissimuler (cf français *occulter, occulte*)
opto, as, are ... : souhaiter
ora, ae : rivage, contrée
otium, ii : le loisir
paco, as, are ... : pacifier
pax, pacis : paix
perdomo, as, are, ui, itum : soumettre totalement
polliceor, eris, eri, citus sum : offrir, promettre
praecipio, is, ere, cepi, ceptum : prendre par avance
praesto, as, are, stiti : donner, fournir, mettre à disposition
praesumo, is, ere, sumpsi, sumptum : se saisir par avance de
precor, aris, ari : supplier, souhaiter
proveho, is, ere, vexi, vectum : pousser en avant; ut + subj : entraîner à, engager à, pousser à
requies, etis : le repos, la retraite
re-sido, is, ere, sessi, sessum : s'arrêter, se calmer
revolvor, eris, i, volutus sum (ut + subj) : en revenir à
rumpo, is, ere, rupi, ruptum : briser (passif à sens pronominal, ici)
sacramentum, i : le serment, la foi jurée
sanguis, inis : le sang
solacium, ii : consolation, soulagement
sollicitudo, inis : souci
speciosus, a, um : brillant, illusoire (cf français *spécieux*)
spes, spei : l'espoir, l'attente
sudor, oris : la sueur
tego, is, ere, texi, tectum : couvrir, recouvrir
terminus, i : la borne
territo, cf terreo (fréquentatif)
tollo, is, ere, substuli, sublatum : élever, soulever
tutus, a, um : en sécurité
ulcus, eris, n : l'ulcère, la plaie
ut + subj : que, afin que, à supposer que, de telle sorte que

vacatio,onis : exemption, dispense
vacuus,a,um + abl : vide de, exempt de
velut : comme
vox, vocis,f : voix, parole

Grammaire :

extra, supra

nondum

dum + présent

si + subj. et principale à l'indicatif

Repères biographiques :

AUGUSTE (63 av JC/ 14 ap JC) ; nom originel : Octave

Sa mère est la nièce de César, son père meurt en 59. César s'en occupe alors; éducation soignée.

45 : adopté par César, qui en fait son héritier.

44 : assassinat de César; Octave jure de le venger

44-31(28) : conquête du pouvoir :

43 : conclusion du Second Triumvirat, pou 5 ans entre Antoine, Octave, Lépide . Cicéron, proscrit, est assassiné. Les trois triumvirs se partagent le monde. Ils vainquent les « Césaricides » (victoire de Philippes : octobre 42). Octave marie sa soeur Octavie à Antoine (en 40)

37 : renouvellement du triumvirat, pour 5 ans. Tensions : nouveau pacte : Antoine a l'Orient, Octave l'Occident; Lépide est marginalisé.

32 : Octave se fait jurer fidélité par tout l'Occident, et déclare la guerre à Antoine.

Sept.31 : Victoire d'Octave à Actium, puis pacification de l'Orient.

Août 29 : triomphe célébré à Rome (qui comprend à peu près 800 000 habitants)

31- 23 : installation du Principat;

28 : princeps senatus; en janvier 27, Octave remet tous ses pouvoirs entre les mains du sénat (sincèrement?) qui le prie de rester, et lui remet un *imperium* proconsulaire pour 10 ans, renouvelable... et renouvelé; le sénat lui confère le titre d'*Augustus*.

27-23 : Auguste se fait renouveler régulièrement le consulat.

23 : il se fait conférer la puissance tribunitienne, renouvelée chaque année.

12 av JC : à la mort de Lépide, Grand Pontife, Auguste prend ce titre

Problèmes généalogiques : Octave fut marié 3 fois, sa soeur Octavie 2 fois. (la deuxième, avec Claudius Marcellus). Retenez seulement qu'entre ces deux lignées, les croisements furent nombreux, dont les « fruits » furent Tibère, Caligula, Claude, Agrippine et Néron...